


1


17 SIERPNA
S. HYACINTHEI CONFESSORIS O.P.
AD IVESPERAS



V. Dé-us in adiu-tó-ri-um me-um intende. Rx. Dómi-ne, ad adiuvandum me festina.




H. Gló-ri-a Patri et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto, sicut e-rat in princi-pi-o et nunc,



et semper, et in sæ-cula sæculórum. Amen. Alle-lu-ia. T.O. Laus tibi, Dómine,


Hymnus I




1. In hoc Hya-cínthi iú-bi-lo, Læ-tis caná-mus vó-ci- bus, De- úmque, pul- so nú-




bi- lo, Pu-ri-s co-lámus ménti- bus. 2. Dux et Pa- ter Domí-ni-cus Hunc ve-ste



sa- cra índu- it: Cunctísque mox appáru- it Vir factus apo- stó- li- cus.




3. Patrem se-cú- tus fi- li- us Patris re-fúl- get mó- ri- bus: Ducis se-cú- tus trá-



mi- tem Mundi tri- úmphat prínci- pem. 4. Hunc Virgo vi- sit íncly-ta, So-lá- tur




et dat gáu-di- a: Mi-racu-ló- rum gló-ri- a Christi co-rúscat grá- ti- a.




5. Ma-ri- a Ma- ter grá- ti- æ, Ma-ter mi-se- ri-córdi- æ, Tu nos ab ho- ste pró-



te- ge, Et ho-ra mortis súsci- pe. 6. Ti-bi De- us si-gló-ri- a in sempitér-



na sæcu- la: Et nos Hyacín- thi préci- bus Adiúnge cæ-li cœti- bus. Amen.



Signo crucis confré-git fluctus, quos e-le-vavé-runt flúmi-na in aquis multis.



Ps. Dómine, quis habi-tábit in taberná-culo tu-o? E u o u a e.

Psalmus 14 [15]

Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * et operátur iustíam:

Qui loquítur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit próximo suo malum, * et op-próbrium non accépit adversus próximos suos.

Ad níhil deductus est in conspéctu eius malígnus: * timéntes autem Dóminum glorificat:

Qui iurat próximo suo, et non décipit, † qui pecúniam suam non dedit ad usúram, * et múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Glória Patri.

Canticum Ap 15, 3-4


Magna et mirabília ópera tua Dómine * Deus omnípotens.

Iustæ et veræ yjæ tuæ, * Rex sæculórum.


Quis non timébit, Dómine, † et magnificábit nomen tuum? * quia solus pius.

Lectio brevis (1 Kor 9,16-17)

Responsorium



Annunti- á-te inter gentes * Gló-ri- am Dómi-ni. ¶ In ómnibus pópu-lis mi-ra-



bí-li- a e-ius. * Gló-ri- am. Gló-ri- a. Annunti- á-te

Psalmus 111 [112]

Beatus vir, qui timet Dóminum: * in mandátis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: * generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiae in domo eius: * et iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen re-ctis: * misericors, et miserátor, et iustus.

Iucundus homo, qui miserétur et cómodat, † dispónet sermónes suos in iudicio: * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætéra erit iustus: * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor eius speráre in Dómino, † confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despiciat inimicos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: † iustitia eius manet in sæculum sæculi: * cornu eius exaltábitur in glória.

Peccator vidébit, et irascétur, † déni-ibus suis fremet, et tabéscet: * desiderium peccatórum períbit.

Glória Patri.

Quóniam omnes gentes vénient, † et adorábunt in conspéctu tuo, * quóniam iudícia tua manifestáta sunt.

Glória Patri.

Ant.: Signo crucis.

Prædi-ca-tórum Ordi-nis flos pulchérime Hy-a-cínthe, tu-a canéntes mé-ri-ta

tu-i nos ímbu-e o-dó-ris fra-gránti-a. C. Magní-fi-cat. Eu ou a e.

Et exsultávit spí-ri-tus me- us * in De- o sa-lu-tá-ri me- o.

Magnificat * ánima mea Dómi-num.

Et exsúltavit spíritus meus * in Deo,
salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ
suæ: * ecce enim ex hoc beátam me
dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: *
et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in
progénies * timentibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: *
dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et ex-
altávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites
dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recor-
dátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, *
Abraham, et sémini eius in sæcula.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui
Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et sem-
per, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Preces:

Salvum fac populum tuum, Domine

Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum,
adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua,
sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Et ne nos inducas in temptationem,
sed liberá nos a malo.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spí-ri-tu tu-o.

Benedicamus Domino. Deo gratias.

AD PROCESSIONEM IN FINE OFFICII

Ad Processionem Ant. I

Sál- ve Re- gi- na, Ma-ter mi-se-ricórdi- æ. Vi- ta, dul-cé- do

et spes nostra sal- ve. Ad te clamá-mus éxsules fi-li- i He-væ. Ad te sus-

pi-rá- mus, geméntes, et flen-tes in hac lacrymá-rum val- le. E-ia ergo ad-

vocá- ta nostra illos tu- os mi-se-ri-cór- des ócu-los ad nos con-

vér- te. Et Iesum, benedí- ctum fructum ventris tu- i, no- bis post hoc e-xí-

li- um o- stende. O, cle- mens! O, pi- a! O, dulcis Virgo

Ma-ri- a. T.P. Alle- lú- ia.

V. Dignáre me laudá-re te, Virgo Sacrá-ta. Rx. Da mihi virtútem contra hostes tu-os.

Ave, flo-rum flos, Hya-cínthe, omni flo-re pú-ri-or. Ave, gemma pre- ti- ó- sa,

cunctis gemmis clá- ri- or. Ave, pro-té- ctor ómni- um ad te confu- gi- én-

ti- um. Ave, cæ-lés- tis inco- la: succúr- re pre- ce sédu-la. O Hya-

cínthe san- ctissime. O Conféssor dul- císsime.